

Dans cette affaire, Charlieu ne fut pas traité plus rigoureusement que Lyon, qui quinze ans plus tard se vit dénier devant le parlement de Paris, et dans une circonstance analogue, le droit d'avoir un sceau. Voici comment la chose arriva : En 1269, Yves, abbé de Cluny, celui-là même qui figure comme partie dans le jugement rendu contre les bourgeois de Charlieu, fut appelé à Lyon par le légat du Pape, en qualité d'arbitre, pour régler, de concert avec le bailli de Bourges, Henri de Gandeviller, délégué par le roi saint Louis dans le même but, le différend existant entre les bourgeois de Lyon et l'Eglise de cette ville, différend qui durait depuis plus d'un demi-siècle(1). La décision des arbitres

ville Cari-Loci, ex altera, vertebatur ; pro eo quod dicti abbas, prior et conventus dicebant prefatos burgenses suos Cari-Loci quoddam novum sigillum, munitiones et rescossas, ac alia forefacta fecisse in ipsorum abbatis, prioris et conventus prejudicium et gravamen ; que omnia abbas, prior et conventus prefati instanter petebant sibi a dictis burgensibus emendari. Tandem, post multos tractatus, de bonorum virorum consilio, et precipue nostro et venerabilis in Christo patris Dalmacii, abbatis Sancti-Rigaudi, quem specialiter propter hoc vocavimus, consilio mediante inter partes predictas, compositum et pacificatum extitit in hunc modum, videlicet quod dicti burgenses injurias occasione novi sigilli, munitionum et resecciarum ac alia forefacta eisdem abbati, priori et conventui emendarunt, et sibi sex centas libras Turonenses iudicem burgenses promiserunt solvere pro emenda. De quibus sexcentis libris Turonensibus dictus abbas Cluniacensis centum libras liberaliter remisit burgensibus antedictis ; pro quingentis vero libris Turonensibus que de predictis sexcentis libris supersunt, tam abbas Cluniacensis quam prior et conventus Cari-Loci predicti prefatas injurias et forefacta quelibet a dictis burgensibus usque ad tempus hujus compositionis sibi illata eisdem burgensibus penitus remiserunt. Novum siquidem sigillum dampnatum nobis ab ipsis burgensibus exhibitum et traditum, fecimus in presentia nostra frangi. In ejus rei testimonium nos prefatus ballivus Matisconensis et nos supradictus abbas Sancti-Rigaudi, qui de voluntate dicti ballivi, ut premissum est, et etiam de beneplacito partium interposuimus circa hoc partes nostras, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno domini M.CC. sexagesimo, mense aprilis, (Bibliot. nat., ancien fonds latin, n° 5458, ch. 189, fol. 131.)

(1) Menestrier, *Hist. consul.*, p. 374.